Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

IV. De profeßione & veste religiosarum viduarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

Visual Library

nuæ * excommunicationis ferat excidium.

ANNO CHRISTI 656.

* excommunicationi subiaceat: quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddantur in duplum.

IV.

2. Cor. 2. De viduis supra diximus Conc. Tolet. IV. cap. 55.

Bene per Spiritum Dei possumus cum sancto Apostolo dicere, non ignorare nos astutias satanæ: quia impellimur zeli domus Dei ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudium studia conualescentem excreuisse perniciem, vt primæua patrum constitutio a quibusdam æstimetur illudi, & noua iudicum putetur intentio * falli. Nam inueniuntur nonnullæ viduæ diuersis excusationibus se adeo contegentes, vt blandiantur sibi, non se patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Vnde antiquis inconcusse permanentibus regulis hoc adiicitur nouæ oraculo sanctionis, vt vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti, vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem suam faciat, a se, aut signo aut subscriptione * notatam, continentem, se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolate seruare. Ac tunc accepta a sacerdote vel ministro apta religionis * vsui veste seu lectulo, quiescens, siue quocumque loco consistens incunctanter vtatur: nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis, * nisi religiosa, & non suspecta, quæ careat & varietatibus colorum, & diuersitatibus * partium: adeo vt absque vlla suspicione transgressionis maneat vsui tantum apta sanctæ religionis, & * vsui sexus competens, ad testimonium probitatis. Vt autem deinceps nihil deuocetur in dubium, pallio purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio sus-

20. q. 1. Vidua, quæ sanctæ religionis.

* pelli.

* notam,

* huius

* sed

* speciebus:

* sui sexus

ceptæ

ANNO CHRISTI 656.

ceptæ religionis : vt dum illic intulerit ſignum probabilis ſanctitatis, vbi nullius falli poterit viſio intuentis,* nuſquam attentetur auſus deteſtandæ præſumptionis.

* nuſquã auſus attentet

V.

* Omnes feminæ, quæ iam in præteritum religionis veſte fuiſſe probantur indutæ, * nihil ad excuſationem valeat oppoſitionum quælibet obiectio, quamuis diuerſis aut callidis adumbrare ſe velint fallaciæ argumentis : ſed ad ſacratiſſimas ſanctiones diſciplina ſanctior teneat eas religatas atque * ſubnexas. * Commoueantur ſane ſacerdotis auctoritate, vt ſponte * ardeant : quæ ſi redire noluerint, impulſu ſacerdotis ad religionis * habitum reducantur, & in monaſteriis reductæ excommunicationis condignæ ſententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamlibet a ſacerdote vel miniſtro ſanctimoniæ veſtem non accepiſſent, ipſæ tamen, aut indutæ ſunt, aut illo indui habitu conſenſerunt, qui religionis eſſe cultus ab intuentibus crederetur, ſicque coram eccleſia, vel ſacerdote, aut etiam competentibus teſtibus quandoque indutæ * viſæ certis indiciis aut teſtimoniis approbantur. Omnes hæ * tamen, ſeu poſt tranſgreſſum reſumentes iteratam conuerſionem, ſicut præmiſſum eſt, & pallio capita contegant, & conſcriptam roboratamque profeſſionis faciat ſcripturam, per quam * alterius non ſinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ animum aut veſtem in tranſgreſſionem dediſſe, & excommu-

* Omnibus feminis, * nihil excuſationis valeat in oppoſitionum * ſubnixas. * Cõmoneantur *redeant: * cultum * veſte * tamen, ſeu veniẽtes ad primam religionem, ſeu poſt tranſgreſſa reſumentes iterata conuerſione, * vlterius

27. quæſt. 1. Omnes feminæ : non ad verbum.